

---



# PROPRIUM SANCTORUM.

---

DE ORATIONIBUS IN VIGILIIS,  
FESTIS ET OCTAVIS SANCTORUM.

**I**N omnibus Festis Sanctorum, nisi Vigiliam habuerint, Oratio quæ dicitur ad primas Vesperas dicenda est etiam ad secundas, nisi Festum fuerit Trium Lectionum, quod non habet secundas Vesperas.

✚ In Festis vero Sanctorum habentium Missam in Vigilia, Oratio de Vigilia dicenda est ad primas Vesperas, nisi Festum transferatur.

✚ Infra Octavas vero quotidie, et in Octavis diebus ad utrasque Vesperas, dicatur Oratio quæ ad secundas Vesperas Festi dicta est, nisi alia Oratio signata fuerit.

QUÆ REQUIRENDA SINT IN COMMUNI  
SANCTORUM.

**N**OTANDUM quod per totum annum omnia, quæ in Festis Sanctorum proprio loco signata non inveniuntur, de Communi Sanctorum pro tempore sunt assumenda, et dicenda suis locis, secundum quod ibi notata sunt et competunt Festivitatibus de quibus agitur.




DIE XXX. NOVEMBRIS.

S. ANDREÆ APOSTOLI.

TOTUM DUPLEX.

Omnia de Communi Apostolorum, præter hic notanda.

AD I. VESPERAS.

Super Ps.   
Ant.   
j. toni.   
UNUS ex du-ó-bus, qui secú-ti sunt